

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4545

**Auteur(s) :** Étienne, Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1265, août

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'abbé Étienne et les chanoines de Notre-Dame de Montmorel et les écyuers Jean du Hommet et Guillaume du Hommet notifient l'accord conclu entre lesdits chanoines et lesdits écuyers sur une chaussée et un moulin faits à « Vadum molendinorum » entre les paroisses de Poilley et de Ducey.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° CCXXVI, p. 221-222.

Texte établi d'après a

Universis presentem cartam inspecturis frater Stephanus humilis abbas Beate Marie de Monte Morelli ac ejusdem loci humilis conventus et Johannes de Hulmo, filius Roberti de Plessiaco, et Guillelmus de Hulmo, filius Juhelli de Ardena, militis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum contentio verteretur inter nos abbatem et conventum, ex parte una, et nos Johannem et Guillelmum, armigeros, ex altera, super quadam calceia facta et quodam molendino facto apud Vadum Molendinorum inter parrochiam de Poilleyo et de Duxeio, tandem, proborum virorum consilio, pacificatum est inter nos in hunc modum : videlicet quod dicta calceia que in alto quam plus erepta est seu elevata aliquatenus in altum non erigetur seu elevabitur, et ibidem faciemus pischarias et omnia alia edificia que sibi melius viderint facienda, sine elevatione calceie supradicte quam non poterunt plus elevare quam elevata est et erat in festo Beate Magdalene anno Domini M CC sexagesimo quinto, sine contradictione dictorum nostrum religiosorum. Preterea nos abbas et conventus percipiemus et habebimus totam decimam omnium molendinorum sitorum in parrochia de Poilleio et de Presseio in aqua Senne et alibi tam factorum quam faciendorum et eciam quinquaginta solidos Turonensium annui redditus ad festum Beati Remigii percipiendos et habendos per manus illorum quiconque dicta molendina tenuerint. Hec omnia supradicta percipiemus et habebimus, prout superius est expressum, sine contradictione, reclamatione et impedimento eorumdem et heredum suorum, seu alicujus alterius, ratione eorumdem. Sciendum est enim quod nos abbas et conventus tenemur ter in ebdomada missam celebrare in capella de Hulmo per capellanum de Poilleio pro dictis supradictis (sic) et pro predicto reddito ultra terminum de cetero in predictis molendinis nostram plenariam justiciam poterimus facere secularem . Et, ut hoc ratum et stabile in perpetuum perseveret, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus sigillandam. Actum et datum est hoc anno Domini M CC<sup>o</sup> sexagesimo quinto, mense augusti.